



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 28. Illustrium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. sex millibus, & duobus millibus in  
 A. C. 1692. censum captivorum reductis. Die e-  
 tiam decima tertia Augusti Caprara  
 cum Cæsareo & Sabaudo milite in vi-  
 cinam Delphinatus Provinciam pene-  
 trans, post aliquot dierum obsidionem  
 Ebrodunum, & postea Vapingum  
 aliaque oppida Gallis eripuit, ingruente  
 autem pluviarum copia in Italiam re-  
 versus est. Sinistris hisce Gallorum  
 conatibus Jacobus Angliæ Rex spe sua  
 penitus excidit: quippe ejus exercitus  
 ad Agrim Hiberniæ oppidum ingenti  
 strage dissipatus est, & quamvis post-  
 modum nova octoginta bellicarum na-  
 vium, & trecentarum onerariarum  
 classis triginta armatorum millibus in-  
 structa in Normaniæ portu hæreret,  
 qua præfatus Rex in Angliam deduce-  
 retur; nihilominus hæc classis vento-  
 rum vi per integrum semestre in altum  
 prævolare præpediebatur, quocirca  
 Auriaci Uxor adversam classem oppo-  
 nendi, atque exscensionem munitis  
 undique littoribus prohibendi tempus  
 naœta, Jacobum intentato facinore Pa-  
 risios reniecare compulit.

### §. XXVIII.

#### *Illustrium obitus.*

Eodem anno, quo Maximilianus Em-  
 nuel Bavariæ Elector Belgii Catho-  
 lici

lici regimen sibi a Carolo Hispaniarum Sæc. XVII.  
Rege delatum tandem capeſſerat, Ma- A. C. 1692.  
ria Antonia ejus Conjuſx, ac Leopoldi  
Imperatoris Filia die vigesima octava  
Septembris Filium enixa eſt, non ſine  
incredibili utriusque Aulæ gaudio,  
quod tamen brevi in luctum verteba-  
tur; paulo poſt enim die vigesima octava  
Novembris hic Filius, & die vigesima  
quarta Decembris ipſa Mater nonniſi  
anno viginti tres nata deceſſit. Hanc  
morte ſequebatur Lipsiæ die decima  
Maij anno ætatis trigesimo tertio Al-  
bertus Augusti Saxoniæ Ducis Filius,  
poſtquam antea ad fidem Catholicam  
reversus eſſet. Denique vivis erepta  
eſt Margaretha Eſtentis Alphonsi Mu-  
tinensis Ducis Filia, ac Ferdinandi  
Gonzagæ III. Guastallæ Ducis Conjuſx.

### §. XXIX.

#### *Quædam Innocentii XII. Pontificis Constitutiones.*

Præter Bullam, qua Innocentius XII. *Bull. Magn.*  
Pontifex Maximus Aulam Roma- *Innoc. Conf.*  
nam a Nepotismi labo expurgavit, in- 14. & seqq.  
super die decima quarta Martii ab ex-  
communicatione latæ ſententiæ abſol-  
vit Superiores Generales Ord. S. Au-  
gustini, qui contra Sixti V. Constitu-  
tiones ab Alexandro VIII. ſubreptitie

F 3 lite-